

## **FORMA VIVENDI AD CLARAM ET SORORES [FormViv]**

[«Postquam altissimus Pater celestis per gratiam suam cor meum dignatus est illustrare, ut exemplo et doctrina beatissimi patris nostri sancti Francisci penitentiam facerem, paulo post conversionem ipsius, una cum sororibus meis obedientiam voluntarie sibi promisi. Attendens autem beatus pater quod nullam paupertatem, laborem, tribulationem, vilitatem et contemptum seculi timeremus, immo pro magnis deliciis haberemus, pietate motus scripsit nobis formam vivendi in hunc modum]:

<sup>1</sup> Quia divina inspiratione fecistis vos filias et ancillas altissimi summi Regis, Patris celestis, et Spiritui Sancto vos despontastis, eligendo vivere secundum perfectionem sancti Evangelii, <sup>2</sup> volo et promitto per me et fratres meos semper habere de vobis, tamquam de ipsis, curam diligentem et sollicitudinem specialem.

[Quod dum vixit diligenter implevit, et a fratribus voluit semper implendum» (*ReCl* 6,1-5)].